INTRODVCTIO
AD
LINGVAM EBRÆAM,
BREVISSIMA.

Præcipua duntaxat ejus documenta, eaque ex Optimis Grammaticis collecta, complectens.

Ad eorum Gratiam,

Quibus est in votis viâ, (quàm fieri possit) citissimâ, simulque Magistri vocalis auxilio, in Sacratissimi textûs V. T. originalis Oraculum propriis oculis intellectuque tandem suo penetrare.

Operâ & industriâ SAMUELIS IERÜVORTHI, Philo-Ebræi.

OXONIÆ,

Impressa impensis Authoris, per H. HALL, Academiæ hujus Typographum, & venundantur in Officinâ G. WEBB, Bibliopolæ.

M. DC. L.

IVVENTVTI
ACADEMIÆ HVIVS INCLYTÆ verè generosæ, linguæ Sanctæ Ebraicæ Studiosæ, &c.

PAranesim hìc ullam quâ animos vestros, Vos Almæ hujus, meæ quoque olim, Matris Filii generosi, ad Donum hoc eximium ambiendum excitem, me præmittere, sicut domicilio parvo amplum non congruit vestibulum, ita neque quicquam vobis opus esse arbitror: cupere enim neutiquam potestis quod non priùs verè utile imo etiam apprimè necessarium judicâstis. Solummodò adminiculis ad ejus studium aurâ secundâ capessendum videmini mihi indigere duobus, Systemate oculari (quàm fieri possit) brevissimo & Instructore vocali satis ad docendum alios dextro, qui viva voce non tantùm obscuritates brevitati affectatæ plurimùm connatas illustret, sed etiam dispendium quod omne compendium plus minusve admittit, reparet. Quorum equidem neutro benè carere queat, quicunque negotiis jam aliis multis occupatus, exiguo tamen temporis spatio hunc porro thesaurum (adeptu non prorsus facilem) cæteris mentis suæ dotibus accumulare concupiscit. En ideo vobis prius saltem ad manum præstò est, Introductio sequens. Cui si alterum etiam adjicere

 quis

quis voluerit, ne dubitetis, quin, Luminum Patre cæpi
& industriæ tum Magistri tum Discipuli aspirante, s
(maximùm) septimanis, nec nisi horis indiès duab
huic provinciæ deditis, ad facultatem tantam quodv
vel mediocre ingenium perducetur, ut posteà ipse solu
Lexico duntaxat Grammaticâque perfectâ aliquâ sub
inde consultis, per V. Instrumenti primitivi pelagus sin
cortice (ut loquimur) natabit. Munusculum deniqu
hoc primum à me publico bono oblatum si candidè acci-
piatur humanitérque Author tractetur, animabitu
porrò in posterum, Providentiâ dante, ad Grammatica
plenam unà cum Scholiis capiti cuique, ubi opus erit, ad-
jectis, quæ adhuc est sub calamo, finiendam pergere, fi-
nitamque in lucem emittere. Vos interim omnes, Ebrai-
carum literarum amici, valete, studiaque vestra hones
& pia mercibus Ecclesiæ vel Reipublicæ commodis re-
fertim onusta, plenis velis exoptatum portum, Dei glo-
riam, vestrámque ipsorum salutem & aliorum, attin-
gant. Quod ab Opt^o. Max^o. obnixè precatur

Emolumento vestro inservire
paratissimus,

SAMUELES JERUVORTHUS.

IN

INTRODVCTIONIS AD LINGVAM EBRÆAM.

Cap. I. *De Literis & Punctis.*

SCripturæ Ebraicæ lectio est à dextra ad sinistram. Elementaq; Literæ sunt & Puncta.

Literæ, id est, Consonæ XXII. quarum sequuntur figuræ nomina & in sonando potestas.

	א	Aleph	*spiritus lenis.*
	ב	Beth	bh } *id est* b } *remissius prolatum.*
	ג	Gimel	gh } *id est* g } *remissius prolatum.*
	ד	Daleth	dh } *id est* d } *remissius prolatum.*
	ה	He	h *Latinum.*
	ו	Vav	v *consona semper.*
	ז	Zajin	z
	ח	Heth	h *palato illisum, quasi* hh.
	ט	Teth	t
	י	Jod	j *consonans semper.*
Finales ך	כ	Chaph	ch *Latinum.*
	ל	Lamed	l
ם	מ	Mem	m

ן	נ	Nun	n	
	ס	Samech	ſ	*exile, ut in Salus.*
	ע	Ajin		*ſonus quidem è gutture per na-*
ף	פ	Phe	ph	*res deductus, calamo n-*
ץ	צ	Tſade	tſ	*bis inexpreſſibilis.*
	ק	Koph	k	
	ר	Reſh	r	
	שׁ	Shin	ſh'	*Anglic. at* שׂ ſ.
	ת	Thav.	th	*Latinum.*

E quibus, literæ אהוי, quæ vulgo literæ *Ehevi* dicuntur, aliquando quieſcunt, hoc eſt, ſilent ſeu non leguntur, neceſſariò licèt ſcripta: quoties verò ſic fiunt, oſtendetur infrà. Contrà, litera ſonans hìc litera Mobilis dicitur.

Puncta ſunt aut Vocales aut (quæ vocantur) puncta Servilia.

Vocales X. quarum cum literis ſitum hic oſtendit א.

Breves V.			*Totq; Longæ.*		
אַ	Pathah	a	אָ	Kamets	a
אֶ	Segol	e	אֵ	Tſere	e
אִ	Hirik *minus*	i	אִי	Hirik *majus*	i
אָ	Kamets *breve*	o	אוֹ	Holem	o
אֻ	Kibbuts	u	אוּ	Shurek	u
quæ ſonant ut in Sannio, Penna, Littus, Mollis, Curro.			*quæ ſonant ut in Sano, Penus, Lites, Moles, Curo.*		

Ubi nota, quod ſola puncta ſunt vocales, literæq; ' & ו tribus ultimis longis adſcriptæ ſunt qui-

eſcentes,

scentes & ad discretionem duntaxat iis accedunt: unde duo priora, hirik plenum & holem plenum vocantur.

Utrumque tamen persæpe sine litera ista sua quiescente pingitur, אִ i & אֹ o, adeoq; ut hirik magis sic scriptum figurâ non differat à minore: atque tunc hirik & holem purum seu defectivum appellatur.

Contrà, interdum (.) ' adscripto, fit plenum, ut אִי

A ו porro ו sæpe excidit: unde tunc ei (.) succedit vicarium longumq; sonat.

Quando veró (.) & (.) pur. sunt brevia, illud o, hoc i, ex puncto sequente cerni infrà ostendetur. Ante veró puncta alia quàm quæ regulis istis duabus notantur, sunt semper longa, a & i.

Puncta Servilia sunt quæ accidentibus literarum quibusdam signandis serviunt. Atque hæc, præter literæ ש punctulum discretivum jam suprà visum, sunt VIII°. è quibus, Primaria, III^a.

1. Punctum geminum sub litera erectum אְ: quod dicitur *Sbva*, estq; literæ mobilis vocali carentis cum alia ad eandem vocalem connexio: syllabam semper vel inchoans, ut פְּרִי *pri*, vel terminans, ut לֵךְ *lech*.

2. Punctum medium in ulla mutarum VI. aspiratarum vulgo *Bgad-cphath* dictarum בגד־כפת sive initio dictionis, seu post (.) terminale, vocatur *Dagesh* Lene, literas istas, aspiratione earum abjectâ,

attenuans

attenuans ſeu ex aſpiratis faciens tenues, *b,g,d,c,*

3. Idem vero punctam in litera quavis, excep[to] ה, tam *Bgad-cphath* quàm alia, poſt vocalem, dicit[ur] *Dageſh* Forte, literamque ſuam duas ad ſyllabas g[e]minat, ſeu geminam ſonandam indicat: ut סִבּוּ *ſ[ib]-bu* אִתּוֹ *it-to* compendii cauſa ſic ſcripta pro סִבְבוּ אִתְּתוֹ. Unde apparet, quod diligentèr notandu[m] venit, eſſe (.) terminale in dageſh hoc incluſum adeo ut literæ *Bgad-cphath* ſic geminatæ pars prio[r] quæ latet, aſpirata ſonanda eſt, poſterior verò ex[-] preſſa tenuis, ut סִפִּים *ſiph-pim*, אַתָּה *ath-ta*.

His hactenus punctis priùs explicatis, quod ſu[-] prà ſuit promiſſum, oſtendi queat, quòd ſci. (.) (.) ante (.) vel dageſh, accentu (hâc virgulâ אֽ) no[n] interjecto, ſunt brevia, o & i: ut חָכְמָה *hoch-ma* רָנּוּ *ron-nu*, ſic דִּבְרֵי *dib-re*, & (quod ſupra fuit) אִתּוֹ *it to*.

Cœtera V. puncta ſervilia cuncta dicuntur ſhva[-] tis vicaria, utpote ejus loco poſita. E quibus, III ſunt è (.) ſibi (-) (.) aut (.) br. aſſumente facta & puncta Rapta vocantur, eò quòd rapidè quaſi profe[-] runtur: ſcil.

4. אֲ Pathah }   { a } *breviſſim. ut* a *in Ame-*
5. אֱ Segol } *Raptum* { e } *re*, e *in Viderim*, o *in*
6. אֳ Kamets }   { o } *Tempore.*

Quæ puncta rapta, quibus obtinent ſub literis & ob quam cau[-] ſam, docebitur Cap. II°.

Atque hic venit altera regula ſuprà promiſſa, quæ ſpecialiter ad (.) br. porrò dignoſcendum per[-] tinet:

pertinet: quòd nempe, (ָ) ante (ֲ) seu ante aliud (ָ) br. ex (ֲ) in flexione descendens, est item breve: ut הָאֹכֶל *hoo-chal*, הָאָכְלוֹ *ho-och-lu*. Sed quando (ָ) br. sic ex (ֲ) venit, sciri nequit, donec ad locum flexiones in posterum perventum fuerit.

7. Punctum in הּ dictionem finiente, dicitur *Maphpik*: estque ejus tunc mobilis symbolum: ut תָּמָהּ *tamah*, quod sine maphpik esset תָּמָה, *tama*, ה quiescente.

8. (ַ) sub הּ ח aut ע dictionem quoque finiente, vocatur *Pathah* Furtivum: estq; item, sicut (ֲ) a brevissim. sed id ante suam literam, meliùs ut pronuncietur, sonans: ut רוּחַ *ruah* non *ruha*, & יֹדֵעַ *jodeaע* non *jodeעa*.

De literis nunc *Ehevi* regula, suprà huc rejecta, dari queat, viz. quòd nullimodo puncto affectæ seu notatæ, in vocali prævia (cui in syllaba accensentur) quiescunt: ut מְלָאכֶת *mla-cheth*, גָּלָה *gala*, טוּרֶיךָ *tu-rè-cha*.

Punctis denique annumerari solet etiam Accentus, de quo dicendi proprius quidem locus est, Cap. III. Hìc tamen interea, quia ejus mentio aliquoties necessariò facienda erit in Capite nunc proximo, ideo sciatur, Virgulam erectam א֥ sive in dictione unicam sive ultimam esse accentum acutum.

Cap.

CAP. II. *De Syllaba.*

SYllaba hìc haud incipit nisi à consona: ut בְּ גִי *gi*, דֹ *do*, non *eb*, *ig*, *od*.

Vocalis autem omnis, non sequente (.) nec d gesh, syllabam absolvit: ut שָׁלִישִׁי *sha-li shé*, מוֹרֶה *Mo-re*, בַּיִת *bá-jith*, בֶּגֶד *bé ged*, רָחַץ *ru-hats*. N minùs longa ab accentu acuto immunis, etiam an (.), quod ideo est initiale, h. e. syllabam sequente necessario inchoat, ut אֱלֹהָי *e-lohá*, פּוֹקְדִים *p kdim*.

Brevis contrà vocalis ad se literam sequente per (.) vel dagesh attrahit; ut מַלְכּוֹ *mal-chó*, שֶׁ *shel-li*, itemque longa cum accentu acuto, ut בֹּ *bósh-nu*, חֶמְדָּה *hém-da*. Unde (:) tum post voc lem brevem tum post longam accentu acuto fulta est terminale, i. e. syllabam finit, ut in iisdem exen plis apparet.

Holem purum ac ש punctulum concurrentia scriptione in unum coëunt utriusque simul præsta officium: in dextro nempe denticulo, quoties li tera præcedens aliud nullum punctum sortitur, u מֹשֶׁה *Mo-shé*; contrà in sinistro, ש ipso punctu aliud non habente, ut שֹׂנֵא *so-ne*.

Idem porro holem aliquando à dextro ו mobi lis latere perperam ponitur, cum post illud est le gendum: quoties scil: litera præcedens jam ali ud de suo punctum obtinet; ut עֹוֹן *a-von* pro עָוֹן.

Litera

Litera initio syllabæ shvata, præsertim quæ ægrè est nobis cum sequente jungibilis, tanquam in brevissimo desinens sonare videtur, unde ejus (.) Mobile vulgo vocatur: quod tamen syllabam non constituit, ut פְּתוֹר quasi *Pethor*[monosyllabum] genuinè vero scribendum *Pthor*. Ante gutturalem tamen, i. e, אהחע necessariò calamo etiam exprimitur, ne aliter gutturalis litera deperderetur aut confunderetur; ut בְּאֵרָה *bee.ra*, טְהוֹרִים *teho-rim*, quæ si absque e isto scriberentur *bera thorim* putarentur esse Ebraice בְּרָה, תֹּרִים prioris vocis א protinus amisso, & posterioris טְה quasi in ח contractis.

Sic neque syllabam faciunt shvatis vicaria, puncta rapta aut (.) furtivum, sed literam suam, similiter ut (.), cum alia eidem vocali connectunt: ut אֲדָמָה *Ada-ma*, בְּהֵמַת *behe-math* [dissyllaba] עֳנִי *oni*, אֱלוֹהַּ *Eloah*. [monosyllaba.]

Duo simul (. .) in vocis medio venientia diversas ad syllabas relegantur, hoc est, prius est terminale, alterum initiale: ut אַדְבְאֵל *Ad-beel*. Unde sicut (.) in dagesh inclusum est terminale, sic pariter sub eo expressum est initiale; ut פִּקְדוּ *pik-kdu*.

Unica literâ mobili dictionem terminante, solâ ך exceptâ, est ei suum (.) subintellectum, hoc est, calamo quidem omissum, potestate tamen manens: ut אָדָם *Adam*, non אָדָםְ.

Atque hìc ו nisi post holem aut cum shurek, item י nisi post (..) aut (.) manent mobiles: ut צָו *tsav*,

עָשׂוּי

עֵשָׂו *Esav*, כִּסְלֵו *Cislev*, פִּיו *piv*, sic שֵׁשַׁי *Shes*[...]
אֲדֹנָי *Adonaj*, גּוֹי *goi*, תָּלוּי *talui*. Quæ exem[...]
similiaque vulgo quidem per dipthongos [...]
guntur, ut *Esau*, *Cisleu*, *Adonai*, &c. sed perpera[...]
litera enim mobilis, qualis utraque hæc, ו & י, [...]
ab omnibus agnoscitur, semper est consona, nu[...]
quam vocalescens; nec vocalis unquam aut (.) si[...]
expressum sive subintellectum habere potest, a[...]
aliter quàm suo ipsius puncto notari.

Binarum verò simul consonarum dictionem te[...]
minantium utrumque (.) exprimitur: ut קֹשְׁטְ *kosh*[...]
אַרְדְּ *Ard*. Sed si prior sit הח aut ע, habet (-) fu[...]
tivum: ut יַחַד *jiahd*, שָׁמַעַתְּ *shamaaYt*. Atque h[...]
hactenus lectionem edocentes regulæ fuère.

Hæ nunc sequentes sunt Flexionis generales[...]
quarum nempe in quavis ferè vocis aliunde forma[...]
tione, suis in posterùm locis specialiter edocend[...]
perfrequens erit usus; firmissimè ergo in memori[...]
habendæ.

1. Literæ אהוי crebro inter se commutantur[...]
nec non è quiescentibus interdum fiunt mobiles &
contrà.

2. E vocalibus quoque quæ sunt affines, h. e.
aliæ aliis sono proximæ, invicem permutantur. Bre[...]
ves scil. (-) (.) & (.), item (,) & (,). Longæ si[...]
militer, (.) & (. .), ו & ו, rariùsque (.) & (.).

Quarum duarum regularum exempla, ne hic
longum fiat, relinquuntur posthâc observanda.

3. Literæ אחע in dictione penacutâ penultimæ,

pro

pro (ֶ) ſub ſe vel utrinque latiore puncto (ַ) lætantur: ut תָּאַר נַחַל טַעַר pro תְּאַר נְחַל טְעַר. Sic etiam החע ultimæ idem ante ſe poſcunt: וַתְּנַחֲנֵ בָּה יִשַׁע.

4. Sicut vocali detractâ, ei (ְ) ſuccedat neceſſe eſt, quia literæ omnis vocali carentis punctum eſt (ְ). Sic item duobus (ְ) ſyllabæ initio ex analogiâ occurrentibus, id eſt, vel vocali poſt (ְ) ejuſdem ſyllabæ detractâ, vel literâ unà ſhvatâ alteri præpoſitâ, prius in (ִ) br. tranſit: ut דִּבְרֵי à דְּבָרִים pro דְּבְרֵי quod legi non poteſt, aut etiam in (ַ) vel (ֶ) præſertim ſub literis gutturis אהחע ut אֶפְקֹד עַבְדֵי &c.

5. Sequens quoque (ְ) ſub ' ſæpiùs tollitur: ut בִּימֵי וַיְסַר pro בִּימֵי וַיְּסַר quæ priùs pro בְּיְמֵי וַיְיַסַר.

6. Dictæ gutturis literæ, ſyllabam inchoantes ſemper ſibi pro (ְ) ſimplice, quo ibi moveri nequeunt, punctum aliquod raptum ſubjiciunt: ut אֲבַדּוֹן &c. Interdum item eam terminantes idem, clariùs ut audiantur, accipiunt: ut נֶהֶלַךְ &c. Raró etiam literæ aliæ, ſed irregulariter prorſus & ulla ſine neceſſitate, (ֲ) & (ֳ) admittunt: ut רְבָבוֹת קָסֳמִי.

7. Shva vocalem antecedentem (accentu privatam) corripit, idque non expreſſum modò, ut כָּרְמִם כָּרְמְךָ, ſed etiam in dageſh incluſum, ut אֲרָם אֲרַמִּים & in fine dictionis ſubintellectum: ut וַיֵּשֶׁב à יֵשֵׁב.

Puncta rapta ante ſe plerumque gaudent puncto affini, hoc eſt, vocali ſua ſimplice, maxime ſi præire debuiſſet.

debuiſſet (.) vel punctum ex (.) deſcendens: מהלך חחביא האכל Sed eadem, ſequente alio alteram ſui partem abdicant, vel vocalem, ut לבים חחבאתה vel (.) ut האכלו.

Literæ gutturis atque ר ſunt indageſhabil Unde, dageſh affectæ, id eſt, ex analogia dageſſ dæ, hæc ſemper, illæ ſæpiùs id vocali ante ſe pr ductâ compenſant: ut באר עריץ pro באר עריץ &c. Alitèr, gutturales illud abſorbent, id eſt, co penſatione nullâ factâ, vocalem ante ſe brevem m nere ſinunt: בער להט הקיץ.

Ob euphoniam denique dageſh nonnunquam ſubjecto (.) excidit: ut ישאו pro ישאו: & co trà, ubi non debuit, aſſumitur: ut מקדש p מקדש.

Cap. III. *De Accentu ac Notatione.*

Virgula erecta א (aliave, quæ in Bibliis mul plex eſt, figurula quævis) vocali in dictio ultimæ vel penultimæ adjecta, eſt Accentus acut ſyllabam, ſicut (ʹ) apud Græcos Latinoſque, el vant: ut דבר [vox acuta] כרם [penacuta.]

Accentu ad ulteriorem ſyllabam ponè adven tiam deſcendente, penultimum (.) ut item (..) p ante (.) plerumque tollitur: ut דבר דברים, הבין הבינו, לבב לבבי, יכלתם &c.

Dictum accentum interdum ſemel rariuſq; b

praw

præit euphonica quædam ſyllabæ ſuſpenſio, eâdem virgulâ אָ notata, quæ tunc *Metheg*, id eſt, fræ-num, dicitur: ut תֵּלְדִי *te-ldi*, מְמֻהָרוֹת *mem-moho-rath*.

Unde, (ָ) & (ֵ) cum metheg ante (ְ) ſunt longa ſyllabamque abſolvunt, adeo ut (ְ) illud ſequens eſt initiale: ut פָּקְדָה *pa-kda*, יִרְאוּ *ji-reü*, pro יִרְאוּ. Nec non (ַ) cum metheg ante dageſh juxta Cap. II. exciſum ſyllabam quoque abſolvit, & ſequens (ְ) ſyllabam aliam inchoat: ut הַמְכַסֶּה *ham-mchaſſe* pro הַמְּכַסֶּה.

Notationem quod attinet: Vox Primitiva, hic Radix dicta, è tribus plurimùm conſtat literis: ut אָטָד *rubus caninus*, הוּא *ille*, פָּקַד *viſitavit*, נֶגֶד *co-ram*: rariùs è paucioribus pluribuſve; quæ ſi qua-tuor fuerint, vox Quadrata vocatur.

Literæ hæ XI in אֵיתָן מֹשֶׁה וְכָלֵב, ordine Al-phabetico, אבהויכלמנשת, aliquando ſunt Serviles, hoc eſt, radici vel ad ejus in flexione accidentia (nu-merum pluralem, genus fœmineum, conjugatio-nem, perſonas, tempus) formanda, vel ut particulæ orationis ei conſignificantes, (pronomen, adverbi-um, præpoſitio, conjunctio copulativa) antè, ponè vel utrinque ſimul adventitiæ. Aliter enim eædem ſunt Radicales: quales cœteræ XI. ſemper; quas hìc item exprimere non eſt neceſſe, cognitis enim prioribus illis, hæ poſteriores quæ ſint, neſcire ne-mo queat.

Vocis haud puræ, id eſt, ſolis radicalibus literis

 contentæ,

contentæ, flexio fit adjectâ unâ pluribusve è literis servilibus VII. in voce הֶאֱמַנְתִּיו comprehensis, ideoque *Heemantivis* rite appellandis: ut אַכְזָב à radice כָּזָב, הֶאֱמִין ab אָמֵן, צְדָקָה à צֶדֶק, שֻׁלְחָן à שָׁלַח, אַזְכָּרָה à זָכַר, מֶמְשָׁלָה à מָשַׁל.

Literis heemantivis præpositis gutturalis prima shvata, pro (.) sæpissime (-) aut (..), & pro (,) semper (,) br. substernit, suo interim (,) vel simplici manente vel puncto rapto affini facto, prout usus aut euphonia potius dictaverit: ut אֱמַן יְהַלֵּךְ תְּהַדַּר יַחֲלְמוּ מְעֻמָּר pro אֱמַן יְהַלֵּךְ תְּהַדֵּר יַחְלְמוּ מְעֻמָּר.

Voci defectè flexæ quæ radicalis deest litera, vel est prima י aut נ, ut רַע à יָרַע, שַׂג à נָשַׂג, aut rarissimè א, ut יֹמְרוּ ex אָמַר *Psal.* 139. 19. Media quiescens ו vel י, aut litera repetita, ut זָר à זוּר, מִן à מִין, עֹז à עָזַז: vel denique ultima ה aut rarissimè א, ut עַל à עָלָה, מִמְּרֵה à גָּמָא. Parcius porrò media sola restat, primâ scil. נ & ultimâ ה simul excisis. מִקְרֶה à נִקְרָה, יֵט à נָטָה.

Primas י & נ regulariter (.) affectas præposita heemantiva quævis frequentiùs mutat, י quidem non ante צ in ו, ut מוֹדָע pro מִידָע: eandem verò ante צ, itemque primam נ, in dagesh: ut נִצָּב יִגַּשׁ pro נִיצָב יִנְגַּשׁ.

Vocem mediâ ו aut י privatam Grammatici accuratiores Monosyllabum Simplex, repetitâ verò mutilam Monosyllabum Geminatum nuncupant. Quorũ prius longâ sæpiùs gaudet vocali: ut קָן & ...

(jam

(jam suprâ adducta.) Alterum à tergo auctum in ultima sua accipit dagesh: ut עַזָּה עַז à עָזַז. Atque his utriusque sortis monosyllabis præposita litera heemantiva, accentu continuò sequente, habet longam vocalem, ut יָבִן הֵסֵב מָקוֹם &c.

Ultimam literam ה sive radicalem seu heemantivam quodvis augmentum servile ponè factum (ni eam in י aut ת mutet) unà cum vocali ei præmissâ extrudit; unde penultimum (.) & (..) pur. ante (.) permanent: ut יָרִי יָרָה קָצִים קָצָה, מֵאוֹת כֵּאָה גָּלוּ גָּלָה.

Literæ insuper V. אֵהוֹיָן, nonnunquam sunt merè Paragogicæ. E quibus, ה omnib. vocum generibus adjicitur, sibi ferè (.) præmittens, ut רְחָמָה אָזְנָה חוּשָׁה פִּקְדָה pro אָזַן חוּשׁ פְּקוֹד רָחֵם; rarò (..) ut יְרֵשָׁה צֵנָה.

Compositio denique haud rarò voces simplices valdè mutilat: ut שְׁמוּאֵל ex מִן שָׁאַל & אֵל, &c. At vox composita Ebræis, præter nomina propria & præpositiones, non est perfrequens.

Cap. IV. *De Voce Declinabili, & speciatìm de Nomine.*

HAud nomini solùm sed Verbo etiam est hìc Genus; idque duntaxat triplex, Masc. Fœm. & Com.

A Masc. sing. tum nominis tum Participii, sicut

quoq; 3ª personæ Præteritorum Verbi, suum fit fœmininum, subjuncto ָה ; ut טוֹב m. טוֹבָה f. sic פָּקַד פָּקְדָה & בָּנָה בָּן. At 1ª persona tum in Pronomine tum Verbo semper est gen. com. ut ibi videbitur.

Privatim verò ad Nomen quod attinet: Numerus in eo est interdum etiam Dualis, quo scil. res geminæ binæve significantur; isque constanter exit in ַיִם ; ut יָד *manus* Dual. יָדַיִם *manus* ambæ.

In Genere ex significatione cernendo, Ventorum Propria hîc sunt fœminea: ut צָפוֹן f. *Boreas*. Qualia item sunt sæpiùs geminorum membrorum appellativa: ut אֹזֶן f. *auris*. Nominum verò arborum genus ex sua terminatione seu Declinatione (in Cap. V. & VI.) est discendum. Animalium denique nomina (utriusque sexûs) sunt communia; ut שֶׂה c. *pecus*, בְּהֵמָה c. *bestia*, דֹּב c. *ursus & sa*.

Casus autem quovis in numero non sunt hîc nisi duo; Rectus, quo nomen in oratione cadit absolutum, h. e. extra alîus proximè post se nominis regimen; & Obliquus unicus; quo nomen cum alio simpliciter sequente venit constructum. Atque hic a Recto suo est flexus puncti alicujus aut alterius variatione.

Sing. tamen Obliquus in quibusdam duntaxat nominum formis obtinet. Nominis nempe acuti dagesh non affecti nec monosyllabi geminati non

modò

modò penultim. (ָ) aut (ֵ) purum ante (ָ) detrahitur, sed etiam ultim. (ָ) corripitur: ut דָּבָר Obliquo דְּבַר, sic לֵבָב לְבַב & יָד יַד, &c.

Dualis finem ַיִם Obliquus suus contrahit in ֵי, præcedente porrò (ָ) detracto: ut יָדַיִם obl. יְדֵי.

Est denique Declinatio tantùm duplex: ordine sequens.

Cap. V. *De Iª Nominum Declinatione.*

PRior Declinatio est Masculinorum, quovismodo nempe, præterquam in ָה & ת heemantivo terminatorum: ut בָּא אָב הֶרֶג גְּדִיד עָלֶה, &c.

Generis ANOMALIA. Numeralia tamen cardinalia à tribus ad decem hìc sunt fœminea; ut שָׁלשׁ f. *tres*, &c. qualia item in substantivis sunt גַּיְא חֶרֶב יָתֵד גַּבַּת. Communia quoque מַחֲנֶה רוּחַ. Et utriusque sortis quædam alia, ex eorum adjectivis verbisve in Syntaxi appositis facilè à studioso ipso legente observanda.

In obliquo sing. (ָ) ultimum finitorum א retinetur: ut צָבָא צְבָא.

(ֵ) Porrò ultimum post (ָ) non finitorum א fit (ַ) ut זָקֵן זְקַן.

(ֶ) Quoque ultimum ante י fit (ֵ) ut חֶי חֵי.

(ֶ) Ultimum finita א aut ה producunt: ut מַחֲבֶא מַחֲבֵא, שָׂדֶה שְׂדֵה.

Penacuta cum (ָ) & (ֵ) sub ו, ea contrahunt in ו: ut

מֵ֫רְת מֵרֵת Similiterque cum (.) & (.) sub ', in (
ut בֵּ֫רְת בֵּירֵת.

Cœteris cum punctis nomina sing. ferè sunt Ap
tôta i. casu invariata.

Rectus pluralis flectitur addito ים ; ut טוּר plur.
טוּרִים.

Ubi porro, penultimum (,) aut (..) pur. nomini
acuti haud dagesh affecti, non monosyllabi gemi
nati, nec ה finiti, detrahitur; ut דָּבָר דְּבָרִים
עֵנָב עֲנָבִים. Penultim. quoque (..) tollunt finita
ut שֵׁנִי שְׁנִים; monosyllaba simplicia & geminata
ut מֵסַב מְסִבִּים, מָקוֹם מְקוֹמִים; nomina cum
ultimo ו, ut אָבוּס אֲבוּסִים.

Ultimum quoque (..) non præcedente (,) nisi
quadratis & monosyllabis non geminatis, aufugit
ut כּוֹרֵם כּוֹרְמִים.

Finita ' id sæpiùs abjiciunt; ut יְהוּדִי יְהוּדִים
quandoque assumpto dagesh, retinent; ut (quo
jam antè) שְׁנִיִּם, & sine dagesh, ut אֲרָיִים.

Dagesh quoque in ultima post (,) ו aut ו nonnul
adsciscunt nomina integra ponè pura; ut אוֹפָן
חָרוּל חֲרֻלִּים, עֵירֹם עֵירֻמִּים, אוֹפַנִּים.

Penacuta cum ultimo (..) sub media non ו, a
cum (.) vicario, penultimo puncto sublato, u
mum in (,) producunt; ut מֶלֶךְ מְלָכִים, סֵפֶר סְפָרִים
בַּעַל בְּעָלִים, זֶרַע זְרָעִים, נֵצַח נְצָחִים; at pen
tim. ו sæpiùs a (..) tollitur; ut קֹדֶשׁ קָדָשִׁים.

Cum ו verò aut ' media, pluralem formant m
quam a sing obliquo; ut מָוֶת מוֹתִים, זַיִת זֵיתִים

exc

excipe בַּיִת unde בָּתִּים cum (ָ) longo punctoque in ת duntaxat Elliptico, ' nempe ante se elisæ indice, pro בֵּיתִים ; & tria primi generis penacuta imitantia, עַיִר חַיִל & תַּיִשׁ, ut חֲיָלִים, &c.

Numeralium cardinalium à tribus ad decem forma pluralis sub genere communi denarios significat; ut שְׁלֹשִׁים *triginta*, &c. at עֶשְׂרִים *viginti*.

Dualis, solo fine excepto, flectitur ut pluralis. Quorundam tamen penacutorum contractè formatur; ut בֶּרֶךְ בִּרְכַּיִם, אֹזֶן אָזְנַיִם pro אֻזְנַיִם, בִּרְכַּיִם &c.

Obliquus denique pluralis ִים perinde contrahit ac ַיִם dualis; ut טוּרִים טוּרֵי. Ubi porro obtinet etiam altera præcedentis (ָ) & (ְ) detractio; ut כֵּלִים כְּלֵי, זְקֵנִים זִקְנֵי, דְּבָרִים דִּבְרֵי.

Cap. VI. *De II[a] Declinatione item de Heteroclitis.*

Altera Declinatio est Fœmininorum, in ָה scil. & ת heemantivo desinentium.

Generis ANOMALIA. Sed Numeralia cardinalia à tribus ad decem hìc sunt masculea; ut שְׁלֹשָׁה m. &c. Item hæc alia, פֶּחָה & חֲלֻכָה & מוֹרָה *novacula*. Communia verò אֲדָמָה מְאֵרָה; itemque נְחֹשֶׁת & שְׁלֹשָׁה.

Finis ָה in obl. sing. fit ַת; ut אֲמָה אֲמַת, צְדָקָה צִדְקַת, מֵאָה מְאַת.

Rectus pluralis fit ה, mutato in ות: ut נְגִינָה pl. נְגִינוֹת. Sic cum penultimo (.)& (..) puro צְדָקָה מֵאָה מֵאוֹת, צְדָקוֹת.

Nomina antè pura cum (..) br. (.) aut (..) sub literâ primâ, puncto isto detracto sequens (.) punctumve raptum in (.) dilatant, ut חֶלְקָה, שִׂמְלָה שְׂמָלוֹת נַעֲרָה נְעָרוֹת, חֲלָקוֹת.

Duali pro ה, est תַיִם: ut שָׂפָה שְׂפָתַיִם.

Finis ת monosyllaborum manet in plurali; ut חָנִית חֲנִיתוֹת &c. Aliorum verò excidit: in quibus, finis ית. & ות ita flectuntur, תַּחְתִּית תַּחְתִּיּוֹת מַלְכוּת מַלְכִיּוֹת.

A Penacutis fit puncti penultimi in (.) mutatio: ut כֹּתֶרֶת כֹּתָרוֹת.

Obliquus pluralis, ות servato, communem penultimi (.) & (..) anomaliam admittit; ut צִדְקוֹת תּוֹעֵבוֹת תּוֹעֲבוֹת. צִדְקוֹת.

In Heteroclitis, non modò obliquus numeri cujusvis, sed etiam rectus pluralis & dualis nonnunquam occurrit animalòs factus: cujus observatio studioso ipsi, brevitatis ergò, meliùs relinquitur.

Sunt deinde nonnulla aliquo numero defecta Plurali, ut שְׁאָר תֵּבֵל &c. Singulari, ut תּוֹלִים כְּלָיוֹת &c. Quædam tantùm dualia, ut מַיִם &c.

Multis porro juxta unam declinationem terminatis est pluralis alterius: ut אֱלוֹהַּ אֵלִים. אֶבֶן אֲבָנוֹת &c.

Haud pauca insuper utroque modo flectuntur

ut הֵיכָלִים הֵיכָל & הֵיכָלוֹת , אֵימוֹת אֵימָה & אֵימִים &c.

Luxuriantium denique, non in eodem solùm genere, sed etiam diversis, major est hìc copia quàm apud Latinos aut Græcos.

Cap. VII. *De Pronomine.*

Pronomina seperata simulque numero ac genere integra sunt tria.

S. { הוּא m. *ille*, הִיא f. ; אַתָּה m. *tu*, אַתְּ f. ; אֲנִי & אָנֹכִי c. *ego*. }
Pl. { הֵם & הֵמָּה m. הֵן f. ; אַתֶּם m אַתֵּן & אַתֵּנָה f ; אֲנַחְנוּ & נַחְנוּ c. }

Defecta finita duo: Singulare tantùm זֶה rariùs זֹה m. *hic* vel *iste* זֹאת vel זֹה aut זוֹ f. זוּ c. Plurale duntaxat אֵלֶּה apocopè אֵל c. *hi* vel *isti*, *& hæ* vel *istæ*.

Infinita duo: Relativum אֲשֶׁר contractè שֶׁ qui *a, od* & plur. item *qui, a, a*. Interrogativum personæ מִי *quis* aut *qualis?* &c. rei מַה מֶה & מָה *quid* vel *quantum?* &c.

Ex seperatis denique variè contractis fiunt Affixa seu inseperata. Antè adhærentia duo, Articulus demonstrativus הַ & Relativum שֶׁ: quod utrumque literæ sequenti imprimit dagesh, ut הַדָּבָר שֶׁלִּי.

I 2.

		3ª.		2ª.		1ª.	
S.	m.	נוּ הוּ ו	Pl. הֶם ם	S. ךָ	Pl. כֶם	S. נִי י	Pl. נוּ
	f.	נָה הָ הּ	הֶן ן	ךְ	כֶן		

Hæc autem quibus cum orationis partibus & qua ratione collocantur, item quomodo cum quibusdam quomodo cum aliis significant, alio in posterum loco, Cap. scil. XVII°. docebitur.

Cap. VIII. *De Verbo.*

VErbo finito Tempus non est hìc nisi Præteritum & Futurum; in quo utroque, Persona significatu 3ª est flexione vox 1ª; contrà, 1ª seu de se loquens ultimum locum occupat.

Præteritum unum cuncta Latinorum tria comprehendit; ut פָּקַד *visitavit*, *abat*, *averat*: à cujus Themate voceve primâ sua fit tum fœminea, ultimâ vocali, præter (ְ.) detractâ, tum etiam eodem modo pluralis, quæ semper est generis communis, addito ו. Reliquæ personæ in VI. fines heemantivos flectuntur, (ַ) in verbis perfectis *i.* dissyllabis literâ mobili finitis, antegresso: sing. nempe 2ª masc. in תָּ, fœm. in תְּ, & 1ª in תִּי; pluralis verò 2ª m. in תֶּם, f. in תֶּן, & 1ª in נוּ, uti Cap. proximo videbitur.

Futurum autem est duplex.

Ium. Imperativum à Præterito factum: cui est sola

sola 2ª persona, ut פְּקֹד *visita.* A cujus item voce primâ flectuntur sua fœm. & plur. masc. non solùm ultimâ deniptâ vocali, sed etiam subjuncto, priori scil. י, alteri verò ו: at pluralis fœm. duntaxat assumit נָה. Purè autem Passivæ conjugationes hoc tempore carent.

IIum. Indicativum, quod item Optativum & Potentiale esse queat, & in tertiis personis primaq; plurali quoque Imperativum: ut יִפְקֹד *visitabit* & *visitet*. Fit autem à Fut. Io. aut si id desit à Præterito, præpositis tantùm literis אֵיתָן: è quibus scil. 3ª m. accipit י, 1ª sing. א, plur. נ, reliquæ verò ת; adeo ut sing. 3ª f. & 2ª m. fiunt similes sensu duntaxat distingendæ, ut item 3ª & 2ª f. plurales.

